





23
Pra. 10. num. 29.

13

DISSERTATIO IVRIDICA INAUGVRALIS,
DE
INSTRUMENTO ORIGINALI,
LOCO CAUTIONIS, MAXIME
DE
IVRE MECKLENBURGICO,
DEPONENDO:

1760/6.

1768/1

QVAM,
DEO T. O. M. CLEMENTISSIME
ADSPIRANTE,
EX DECRETO AMPLISSIMI ICTORVM ORDINIS,
IN ACADEMIA PATRIA,

PRAESIDE,

DN. D. ERN. IO. FRIED. Mantzeln,

SEREN. DVC. REGN. CONSIL. ET PAND. PROF. ORD. FACVLT.

IVR. SEN. ET AD H. A. DECANO,

STVDIORVM SVORVM PROMOTORE HVMANISSIMO,

PRO LICENTIA,

SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES RITE
CAPESSENDI,

H. L. Q. C.

ANNO MDCCLX. D. XXVI. IVNII,

DEFENDET,

IOANNES RIECHELMANN,


ROSTOCH,

ROSTOCHII,

TYPIS IOANNIS IACOBI ADLERI, SEREN. DVC. AVL. ET ACAD.

TYPOGRAPHI.





I. I.

INTROITVS.



Data, ab Amplissimo Jctorum ordine;
ante aliquot annos licentia, conficiendi
dissertationem inauguralem, eamque
ex cathedra Candidatorum defendendi
& jus superioris ambiendi, impeditus haecenus, jam
accedo, & post seposita alia elaborata, denique placuit
in mea qualicumque praxi occurrens thema, quod est in
rubro, nempe *de instrumento originali, loco cautionis,*
deponendo, speciatim de Jure Mecklenburgico. Est
enim hic passus, qua expressum textum, tantum non,
soliis Juris Mecklenburgici, quantum nempe qualis-
qualis mea scrutatio est assecuta.

Expeto mihi Lectorum benevolentiam & divinae
gratiae me meosque conatus humillime commendo.

A 2

TRA-



TRACTATIO.

SECTIO PRIMA, GENERALIS.

§. I.



Est, inter exceptiones dilatorias, omnium frequentissima, illa, cautionis, super reconventionem, ut & ea de expensis. Differunt enim valde inter se. Utriusque omnem rimari naturam, foret, post tot scriptores practicos, qui cum die onerantur Jurisconsultos, translatio de charta in papyrum. Cui non sunt dicti, operosissimi labores, v. gr. ZANGERI, *cujus Tr. de Exceptionibus eleganter, cum additionibus, recudi curavit, Perill. Dn. de SENCKENBERG, anno 1730.* Quem latet consummatissimum opus, MARTINI, *ad Ord. Jud. Sax.* RIVINVS, *comitante BOEHMERO, per praefationem elegantem, de servitute triturae forensis, compendium dedit venustum, & quam vellem recudi, nostri solidissimi Jcti, B. D. CIESII manuale exceptionum, 1724. secundum editum, quo Auditoribus Academicis fiat officium.* Bibliothecae Juridicae faciunt parietes Processistarum, systematicorum & specialissimorum scriptorum, qui circa doctrinam de exceptionibus, vel pariter, vel tantum fuere occupati haecenus. COCHII, *Ass. S. R. Trib. Wism Praxis fori Germ. per integram Partem tertiam est occupata in explicandis, secundum ordinem alphabeticum, exceptionibus nominatis fere omnibus.*

§. II.

Lubet, antequam ad thema nostrum singulare devenimus, nonnullas formare positiones theoretico-practicas, cautiones in genere & illam, quae est in substrato, specialiter

ter, afficientes. *Cautio est securitatis praestatio. Satisfactio est synonymum logicum.* Quomodo differat a cautela, cujus est tamen, qua exactionem species & exemplum, discitur ex STRYKII *Traetatibus tribus, de cautelis, nempe Contractuum, Testamentorum, & Juramentorum*, maxime ex prioris *Secl. I. c. I.*

§. III.

Nemini reorum invidendum, quod in tempore veniat, ne vel post victoriam, actoris, sive inopis, sive difficulter convenibilis, sive sub diverso foro persequendi fiat creditor cum dispendio atque periculo, vel excidat occasione, regulam: quem quis vult pro se judicem, illum etiam contra se admittere debet, suam faciendi. Gemina autem, uti jam inspersum, est cautio haecce, uti ipsa ejus probat enunciatio; & tota materia de reconventionem, quae non est absque spinis, huc pertinet, sed nolo implicari. Habentur cardinales scriptores litteratoribus haud incogniti. *Dissertatio Gryphica, Helwigio-Escherichiana, de Reconventionem, ad P. 2 tit. 20. Ord. Mecklenb. Jud. Aul. Prov. ex anno 1735 meretur legi, quamvis de nostro substrato habeat nihil.* Elegans est *programma HELWIGIANVM de subdola advocatorum ratione, in reconventionem. Add. MEV. P. 3. dec. 22. P. 4. dec. 166.*

§. IV.

Cautio nostra postulari potest in omni processu. Evolvantur DD. Practicos instruentes, irem systematici, *ad tit. ff. qui satisdare cogantur*, qui etiam immobilium possessores suae subijciunt crisi, speciatim & quasi tales, veluti entium multorum per aggregationem talium e. g. insignis bibliothecae, tabernae mercibus repletae, *Vieh und Fahrniß von Erheblichkeit.* Qua officia publica distinguendum. Consulantur primicerii nonnulli, CARPZOV, MEVIVS, WESENBECK, HAHN, BERLICH, BRUNNEMANN, quos allegat SCHOEPPERVS, *in synopsi, ad Tit. dict.* contradicens dissentientibus, qua causas matrimoniales. *Vid. observationes Wernberianae, e. gr. Vol. V. n. 233.* qua processum executivum: *Vol. eod. n. 106.* de omni salario ab hac cautione



liberante; id quod tamen cum grano salis accipiendum esse putamus. De quantitate, *vid. Vol. II, n. 102. & Suppl. de matrimonialibus Vol. III, n. 95.* Notetur etiam *Observ. 196*, de quaestione, an, si libellus ut ineptus rejicitur, sit praestanda, quod affirmatur. De conductoribus publicis, quos nos vocare solemus Amptmannos, de causis spoliatorum etc. *vid. ad indicem LEYSERVS.*

§. V. Abutuntur soepe, rei eorumque Advocati, exceptione cautionis super expensis. Obviam illi abusui quidem graviter iurit quantum ad omnes Status, Rec. Imperii, quem semper adhuc vocamus novissimum, *vid. Diss. Jcti Tübing. HOFFMANNI, ex anno 1758, f. r. Consilia de novo Recessu Imperii consiciendo*, disponendo, quod omnes exceptiones dilatoriae sunt simul & cum eventuali L. C. opponendae; sed non omnis sublata est difficultas & vexatio, quoniam ad replicas, in peremptoriis, soepe nolunt duplicare rei, nisi in dilatoriis fuerit pronunciatum: sie sehen die Sache, in dilatoriis, zur Urthel. Quid igitur faciendum erit iudici, quid aëtori, qua nostram nempe exceptionem, quae est in objecto. Nulli quidem dubitamus, quin iudex queat, pro rebus natis, amputare eandem; Verum, sicuti nullibi facilis nimis, sic & hoc loco nec facilis sit, nec difficilis. Dentur casus & respondebitur. Qua actorem, suafores semper erimus, ut semetipsum non diu impediatur ille. Fiat dilemma: (de expensis praesertim cogitamus.) Aut aëtor est dives, aut tenuis; si prius, cur non & ex abundantia, si causae confidentiam habet, veller cautionem, a iudice, in quanto moderandam, in quali coercendam, praestare? si posterius, non effugiet, sed condemnabitur soepe, simul in expensas retardati & alias.

§. VI.

Placeat audire B. FRIEDLIEB de FRIEDENSBERG, ex *Practica forensi*. Ita autem ille, *Cap. VI, §. 2.* Exigit reus ab aëto cautionem pro expensis & reconventionem, scilicet, quod si fortassis fuerit reconventus, debito modo respondere; & si succumbat in causa, omne

omne id, in quod fuerit condemnatus, damna itidem & expensas refundere velit, per Nov. 96. tit. 112. Auth. generaliter, C. de Episc. & Cler. eamque actor aut pignorigibus, aut fidejussoribus, aut juratorie praestare tenetur; nisi quod accurate monetur, in Thro Fürstl. Durchsl. zu Mecklenburg Güstrov. Canzl. Ordn. P. II. Tit. 15. liquida obligationum instrumenta contra reum offerat. Pergit Friedliebuis, casum sibi proponens, in quo actor reo, cautionem urgenti potest deferre juramentum malitiae. Allegatur Ordin. summi Trib. Wism. P. II. tit. 13. §. 1. Graviter absolvit suam paginam, verbis: *Ad haec prius, quam injungitur actori cautio, pro reconventionem, tenetur reus causam, de qua reconvenire velit, allegare, & una cum libello exhibere* (habet hic processus varias limitationes) *quo iudex videat, etc. all. Wesenb. & Mey.*

§. VII.

Increpat Friedliebuis in annot. ad §. d. praxin & observantiam, ut scribit, plerorumque judiciorum, quod nempe ad nudam rei petitionem actor satisfacere mandetur, pro reconventionem; ipsissima ejus sunt: *verum absque ratione & lege; nam inhumanum non modo, sed etiam injustum, cogere aliquem, ad cavendum, qui nescit, pro quo cavere debeat, si quidem nemo, aut e causis plane ignotis, aut supervacuis cautionibus onerandus.* Bona verba rogamus: Pleraque judicia, quae non sunt plane inferiora, hoc loco caute & prudenter satis procedunt; distinguendo simul cautionem, pro reconventionem, ab ea, quae exigitur, pro expensis. Derur casus. Ubique graves Viri sequuntur principia sobria, quae exprimit excerptum Ord. S. Reg. Trib. quod hoc loco exscribere meretur stylus. Als die Erfahrung bezeuget, ita disponitur, wie diese Exception und Erfoderung der Caution oft, das Gegentheil nur zu beschweren *===* wollen wir, daß, wer Caution und Vorstand suchet, zugleich eine rechtschaffene Ursache *===* erwogen, dabey des (Gegentheils) Gelegenheit, Wandel, Leumuth und Vermögen anzusehen, und nicht anders, dann, da der Caution von nöthen, damit jemand beschweret werde. Graphice, ad



ad hujus §. scopum scribit MEYVS P. 2. D. 257. n. 1. § 6.
*Frequens inter litigia, partes, per satisfactionum exceptiones semet fati-
 gare, quod a iudice bono non permittendum - - - Circa Cautionem
 medie rem curare debet, ut prospectum sit. parti alteri, tamen nec ad
 impossibilia adigatur, Ita, in substantia & virtute, omnes.*

§. IIX.

Praesidium infigne est contra reos, ad opprimen-
 dum actores non possessionatos, vel debilioris fortunae, stu-
 diosos, in admisione ad juratoriam cautionem, quoties neme-
 pe ex libello apparet aliqua probabilitas. Prudentis iudicis
 est arbitrari. Arbitrium autem est: *Judicium practicum, in ca-
 sibus, quibus theoria impar est, ita judicandi, ut non inique plus, vel
 inique minus fiat, quam quod jus & justitia exigunt, & permittunt.*
 Desumpti hanc descriptionem ex Diss. Dn. PRAESIDIS, de limi-
 tibus justit. aequit. jur. aggrat. & arbit. iudicis §. 44. In genere re-
 spiciatur distinctio gravis inter cautionem necessariam &
 voluntariam.

§. IX.

Subsidiariae, ut recte vocatur, cautionis juratoriae
 injecimus mentionem, quippe quae est instar medicinae in-
 juratorum nonnunquam & fastuosorum reorum, qui omnes
 humilioris vel tenuioris, qua opes, fortis homines vocant ple-
 bem. Sed discent concipere justitiam, quae etiam est com-
 mutativa. Aliae cautiones, quibus in subsidium est subjuncta,
 apparent ex systematibus & ex praxi quotidiana. *Vid. de
 LEYSER, med. 34. n. 2. ad rubrum: in causis civilibus actor, qui
 satis dare nequit, est integrae vitae non sit, ad juratoriam cautionem
 admittitur.* Etiam, qui ad juramentum paupertatis admissus,
 juratoria fruitur cautione, *LVDOV. CIV. Proc. C. 42. §. 5.*
 Qua causas criminales, intuitu salvorum conductuum, *vidi
 MEV. P. 1. dec. 4.* quae etiam de jungenda pignorantia &
 juratoria, agit. Nude promissoria stat loco superiori, sequi-
 tur pignorantia vel etiam hypothecaria: succedit fidejussoria.
 Nude promissoriam, praestare qui detrectat, nobis haberet
 pro

pro malo cive. Hypothetice hoc intelligimus & de propria causa. Materia damni infecti praeberet elegans exemplum, coercitionis ejusmodi tergiverfantium, per l. 15. ff. de damn. inf. ad quam legantur DD.

§. X.

Passus juris, de remissa, per ultimam voluntatem (accedant pacta dotalia etc.) cautione usufructuaria, auxit a bibliopolis emenda. Mereretur maxime emi, novissima ex anno 1756 *Diss. Lips. KLIPSHII, de remissione cautionis usufructuariae*; legatur praesertim §. 14. Sed tota causa, ut multae aliae, non indigent tot hiatibus. Omnis res eo redit, quod usufructuarius talis non sit onerandus cautionibus difficilioribus, donec nempe emerferint nova, ex quibus nec ipsis patribus parctur. Cautio nude promissoria, ad inventarium, in utriusque utilitatem conficiendum, debet omni casu praestari; Quidquid enim alteri non nocet, alteri autem prodest, illud poterit injungi. Parallelismus illustrans est in renunciatione futili fidejussionis, qua beneficium cedendarum actionum. Sed admittimus exceptiones, & vid. *progr. Heimburgianum, de creditore, ad jura tertio cedenda, haud obligato, Jen. 1745.*

§. XI.

Suntne autem plures species cautionis? Resp. Comprimeret res alicujus arresto, aliquadantenus accedit; plus enim, ut raceamus alia commoda Processus arresti, cautionis est in re, quam in persona, uti loquuntur praxis & curia, & arrestum imponitur etiam securitatis gratia. vid. *HOLLAND de Arrest. Cap. 6. MEV. de Arrest. p. 282. n. 70.* Verum haec magis ad cautelas & partes actoris, quam rei spectant. Arrestum personale autem coincidit omnino & sufficiat solum rextum, *Juris Lub. Lib. III. tit. I. art. 1.* excerptare, qui ita fluit: daß, wenn, unter Bürgern und Einwohnern, um gelehnet Geld, und liquidirte Schuld geklaget und beweislet wird, alsdann dem Beklagten erstlich 14 Tage, hernach 8 Tage zur Bezahlung Frist gegeben

B



gegeben werden soll. Bezahlet er alsdann nicht, so muß er bey Sonnenschein Bürgen stellen, oder selbst Bürge werden. Latine: *(ita noster Dn. D. STEIN in Commentario) aut ipse reus detineatur.* Detur venia excursioni, quia de cautione rei, de iudicio fisti, & iudicatum solvi, haec talia veniunt accipienda, nos autem de cautione, ab actore super reconvensione & maxime expensis praestanda, scribimus. *Legatur tamen B. de LEYSER, med. 24. ad rubrum: quinque sunt genera cautionum.* Eleganter excutit cautionem de non offendendo, vigore *art. 116. C. C.* item de accusatore incarcerando.

§. XII.

Cautio nostra a reo est interdum praestanda, hinc, quoties res devenit ad reconvensionem, sive simultaneo processu pertractandam, sive ex diversis solum prorogationis fori effectum habentem; sive ex ipso processu instituto emergentem, reconveniens fit actor, reconventusque reus, hincque reconveniens omnino, omni casu, coeteris paribus, poterit obligari ad nostram cautionem praestandam. Datur etiam reconventio reconvensionis; reconventus enim actor habet iterum jus reconveniendi reconvenientem, *vid. LEYSER, Spec. 123. coroll. 3. ubi allegatur SCHILTERVS de iure reconveniendi personam illustrem, §. 56.* Tota illa meditatio de reconvensione ex professo concepta, meretur ad numeros perspicui, quoniam de reconvensione, coram Commissario, de procuratorio mandato, de reconvensione in causis injuriarum, de academicis & rel. agit.

§. XIII.

Cautio nostra est de iis, quae ante L. C. scil. eventualem, exigenda. Notetur tamen limitatio, ex classe illarum, quae demum emergunt. Noluerat e. gr. reus R, quum pulsaretur actione ab A opponere exceptionem cautionis super reconvensione & expensis; erat enim ille A, ex opinione communi, bene & largiter possessionatus. Labebatur bonis pendente lite, & plus speraverant omnes de facultatibus ejus, quam in illis fuerat & erat; vel etiam alienaverat res immobiles,


biles, imo territorium mutaverat. Nihil dubitandum, quin nunc queat, etiam in secunda & ulteriori instantia, exigi nostra cautio. Infruit pragmaticæ, qua hoc emergens, B. LUDOVICI in *diff. de eo, qui post L. C. bona immobilia possidere desinit, hab. Hal. 1716. Zegarur Cap. I. a. §. 9.* Vult omnino ex fonte repeti *lex 15. §. 7. ff. qui satisd. cog.* ita loquens: *Possessor autem quis, nec ne fuerit, tempus cautionis spectandum est. Nam sicut ei, qui post cautionem possessionem vendidit, nihil obest; ita nec prodest ei, qui post cautionem possidere coepit.*

§. XIV.

Duo casus hic proponuntur, ita Ludovici §. 12. *Alter est, quod non proste ei, qui post cautionem præstitam possidere coepit eo ipso a cautione præstita non liberetur. De hoc casu DD. quos nobis inspicere licuit, non disputant. Restat ergo alter casus, si quis propterea a cautionis præstatione liberatus fuit, quoniam ante L. C. bona immobilia possidebat, quæ post L. C. possidere desinit. Hic, quoad interpretationem & adplicationem legis adductæ, admodum variant DD.*

§. XV.

Qui illas variationes scrutari cupit, legat *Cap. 2.* quod diversas opiniones recenset & *Cap. 3.* quod easdem examinat. Maxime autem respiciatur *Cap. 4.* quod praxin subjungit. Ipse Autor de hoc capite scribit, §. 1. *Caput hoc breve erit, sed aureum, quia praxis est aurea.* Docetur, quod, jure communi, possessor bonorum Immobilium ea obligare debuerit, unde, post illam obligationem semel factam, bona cum suo onere in quemcunque possessorem transferunt. Adversarius ergo, non obstante alienatione, adhuc fuit securus. *Quæritur: quid hodie juris?* ita interrogat Ludovici & responderet §§. seqq. distinguendo, an ipso jure obligata adhuc sint bona, an requiratur factum & pactum. Refert jura quædam provinciæ alia, quæ inter memorabile valde est, Pomeranum. Accipitur §. 5. etiam ob litem Berlichianam, qui jus tacitæ hypothecæ voluit stabilire. *In Ducatu Pomeraniæ, ita Autor, speciale quid est, quod illi, qui cautionem petunt, hypotheca tacita in*



bonis immobilibus illius, qui alias cautionem praestare debuisset, competat. Ibi ergo procedit opinio Berlichii, de tacita hypotheca, quam alias, cap. praeced. merito rejecimus. *Hinter-Pomm. Hofgerichts-Ordnung, de 1683. tit. 44. §. 1. in f. ibi: auf welchen Fall derjenige, welcher die Caution gefordert hat, in des Gegentheils Gütern jus tacitae hypothecae, a tempore der gefordert Caution, überkömmt. Ergo in Pomerania quoque, postquam possessor possidere desit, nova cautionis praestatione opus non erit, hypotheca tacita enim expressa ipsam rem adficiunt eodem modo.*

§. XVI.

Peragrat Autor Saxoniam, & quaerit, §. 7. *Quid de aliis provinciis dicendum erit? Ordinationes pleraequae, quas inspicere licuit, hunc casum non tangunt. Certo tamen persuasi sumus, in dubio Jus Romanum hac parte non esse receptum & ergo, deficiente hypotheca, possessorem, qui bona immobilia possidere desit, post L. C. ad cautionem praestandam obligari. Vocat §. 8. in testimonium, arduos Quatuorviros, nempe MEVIVM P. 4. Dec. 16. n. 2. coll. P. 5. dec. 8. 9. GRUBEN in Proc. for. Pruten. c. 10. m. 11. n. 25. BRVNNEMANN. in Comm. ad l. 15. §. ult. ff. qui satisd. cog. n. 13. VULTEJ. de judic. L. 2. c. 5. n. 216. absolvit §. 9. laborem egregium, ventilando quaestionem, num facta, mala fide, alienatione, detur locus, actioni Paulianae, cujus resolutio fere in negativam inclinans, patietur dissentum. Adjicimus, distinguendum esse inter securitatem primam & novam singularumque continuationem, id quod fieri debet, si fidejussor desit quovis modo possidere bona, quibus se commiserat cautionem exigens.*

§. XVII.

Fugitive memorata est actio spoli, intuitu nostrae cautionis. Expectamus exempla. *Vid. I. G. OLEARII diss. de exiguo usu cautionis pro reconventionem, in causis spoli. Regiom. 1716. LEYSERVS mererur assensum, scribens, spec. 34. n. 6. Alldies weil aber die Bestellung, des Vorstandes, auch in processibus summaris, sonderlich in actione spoli vordröthen; so r. Add. med.*

*med. sequens, propter verba; eam prae ceteris, quae tamen de
executivo primario sunt concepta.*

§. XVIII.

Corollarii instar, qua sectionem hanc generalem, extra ordinem & rigorosam cogitandi artem, allegamus novam eruditam haeresin, quam effert *diff. Halensis ex m. Febr. hujus anni, de vera indole litterarum obligationis atque exceptionis non num. pecuniae earumque usu, in foris nostris cessante. Est ea Celeb. ICTI MADIHNII.*

SECTIO SECVNDA, SPECIALIS,

MAXIME

MECKLENBURGICA.

§. I.

Omnis cautio sit idonea, unde interdum poenam incuriae luit acceptans; Consultatur MEVIVS, P. III. Dec. 55. ubi affertio practica: *Superfluis cautionibus nemo est onerandus: est legibus corroborata, cum addito: De cautionis modo & sufficientia iudicis arbitrio statuitur & statuitur. all. MENOCH. de A. I. Q. L. 2. cas. 141. add. idem MEV. P. ead. dec. 76. & graviter notetur Dec. III. cujus est inscriptio: Cautio non est recipienda nisi audita altera parte, Quatenus deficiente data, nova praestanda & utrum acceptata inidonea derur recursus, vid. P. 4. Dec. 16. Ita omnes, qui recte docent riteque decernunt,*

§. II.

Ius Mecklenburgicum cautionem nostram vocat idoneam, si instrumentum originale deponatur in iudicio. Audiatur Textus ORD. IVD. AVLICO-PROVINC. P. II. tit. 15.

B 3

Wärde



Würde einer klaren, richtige Verschreibung, unter des Schuldigers Hand und Siegel, für sich haben, und gleichwol der Beklagte sich darauf nicht einlassen; sondern vorerst vom Kläger, *ratione expensarum*, ohne beständige Ursachen, Vorstand und *Caution* fodern; so soll unser Land- & Gericht solche rechtsflüchtige *exceptionen*, wenn es dieselbigen in der That findet, nicht *attendiren*, sondern deren ungeachtet, verfahren, und inmittelst die *Obligation loco cautionis* haften.

S. III.

Ita dispositum, per revisam, emendam editamque anno 1624. Ordinationem. In praecedenti, de 1580, quae antiquioris, multo concisioris, est revisio, plane non habetur hic articulus. Neutra illarum est divisa in partes; titulos quidem habent, sed absque numeris. Titulus, Vom weissem Proceß. Item von verzüglichen exceptionen, dilatoriae und declinatoriae genannt, qui in coeteris verbaliter ab antiquiori differt, maxime est memorabilis, quia passus Recessus Imperii de 1654. de dilatoriis omnibus simul & cum eventuali L. C. opponendis, jam semper in patria nostra fuit legalis. Verba ita sonant: und seine dilatorias, oder declinatorias exceptiones, und dergleichen aufhaltende und abwendende Behelf, so viel er der hat, zusamt der L. C. und Antwort in eventum als bald und auf einmahl einzubringen. Concordant multae, Recessu dicto antiquiores Ordinationes aliarum provinciarum, unde Recessui Imperii sola universalitas venit attribuenda. Nostra Ordinatio dilatorias & declinatorias jungit quidem, sed etiam recte distinguit; quis enim e. gr. cum exceptionibus, libelli inepti, iudicis incompetentis, primae instantiae, litis alibi pendentes &c. exigeret ullam L. C. Cathedra facit classes, distinguendo, inter exceptiones a) absque, b) ante, c) cum, d) post, L. C. & e) in ipsa executione opponendas; Proponit tamen monenda, quoniam in effectu, continent privilegiate illae Litis contestationem. In genere addatur *tit. Ord. Meckl. Ind. Aul. P. 2, 19.* von der Litis contestation: von
der

der Kriegsbesetzung legitur in syllabo. Specialia tractavit
 Du. D. QVISTORPIVS, in diss. Rest. hab. 1746. de effectu litis,
 a iudice in contumaciam pro contestata habitae, intuitu rei exceptionum.

§. IV.

Concordat ORD. CANCELL. GÜSTROV. de 1699. P.
 II. Tit. 15. & viridem praxin, ex casibus nuperrimis probare
 paratissimi sumus. Num, ante annum 1624. obtinuerit, nul-
 la nostra scrutatio potuit assequi. Invenimus, inter illam,
 passum quendam, qui, bona cum venia, occupet lineas bre-
 ves. Est nobis ein Verzeichniß der Puncten, welche 1623: d. 23.
 Nov. denen Fürstlichen Herren Rätthen auf dem Landtage zum
 Sternberge, von dem Hofgericht übergeben. Est inter illa, Nr.
 XI. Ob in Sachen M. Petri Hessen contra Henrich von der
 Lancken die Original-Obligaciones, weil vitium visibile nicht
 wohl copetlich könnte bescheiniget werden, dem Kayserl. Cammers-
 Gericht einzuschicken.

Est & inter reculas nostras resolutio Serenissimorum,
 d. d. 3. Dec. 1623. in verbis: Der eilfte Punct, daß in M. Hes-
 saei Sachen die Original-Verschreibungen zu Speier ediret wer-
 den, hat seine richtige Masse, suntemahl solches der Sache Noth-
 durft erfordert.

§. V.

Noster textus habet, praeter passum nobis, hac vice,
 cardinalem, & praecedenti dispositionem juxta nostra prin-
 cipia superiora venerabilem: Die Cautiones iudicio listi, und
 iudicatum solvi, sollen vor der L. C. gefordert, auch von allen
 Fremden, so unter uns, mit unbeweglichen Gütern, nicht geseß-
 sen, würcklich bestellet, die Unvermögene und Arme aber, so ein
 oder ausländisch sein, im Fall sie keine Bürgen, oder Pfände auf-
 bringen können, zur eidlichen Caution gelassen werden.

§. VI.

Solent hujusmodi commentatiuncularum autores cir-
 cumspicere & solliciti esse, de dispositionibus analogis, in
 provin-



provinciis aliis. Verum, in genere admiramur quidem, sed non adeo curamus ejusmodi operam, non tamen plane negleximus eandem. Evolventes atque scrutantes, rariora deprehendimus vestigia con- & discordantium. Excerptere non vacat omnia. Praeferimus soepe MARTINVM ad O. J. §. hinc audiatur ille ex nr. 35. ad §. 2. tit. 13. *Potest actor se subducere satisfactioni, si instrumentum obligationis in judicio exhibeat ac deponat, additis litteris reversalibus de non exigenda pecunia, antelitis egressum.* Add. Ord. Cancell. Megap. Gústrov: P. 2. tit. 15. §. 2. *Würde aber einer ic.* Legantur porro *Analecta Martiniana nr. 27.* ubi allegatur, ut consonans, STRYKIUS in *Intrad. ad Pr. for. C. II. §. 5.* qui, si evolvitur, faciet ideam praxeos communis, non singularis Meckl. Ita enim scriptum legitur. *Haec insignis pro actore cautela est, ut si quidem instrumenta satis liquida in manibus habeat, IN QUIBUS ACTIONEM FVNDET, immobilibus tamen, in loco judicii destituatur, nec fidejussores vel pignora habeat & ita difficilis ipsi reddatur cautio, promittat, se originalia documenta, loco cautionis, in judicio depositurum & se pecuniam, sibi adjudicandam, in judicio relicturum, donec causa reconventionis finita.* Sit ita, modo graviter notentur verba: *in quibus actionem fundet, & modo evitetur circa nimis extensio ad instrumenta diversa, ad quam verba Martiniana, de reversalibus, quae tamen Strykius clarius expressit, facile invitarent.* Vid allegatus eo & aliis locis CARPZO v. add. BARTH, *Hodogeta for. D. 343. c. 10.*

§. VII.

Subobscurè scribunt nonnulli & ipse LVDOV. C. 42. §. 3 *Lectores facit & haerentes, per verba: Wenn man eine in Händen habende Schuld-Verschreibung, an statt der Caution unterpfändlich einsetzet, nisi nota a) terse daret, etiam chirographum tertii esse admittibile.* Arbitretur judex & conferat quaestionem, an a nostra satisfactione liberet actio realis, intuitu rei immobilis competens? quam tractat *Obs. 209. Wernberiana, Vol. III.* In genere tenendum, regulariter esse, in effectu, hunc modum cavendi, cautionem pignori-

ratiam. Cogitetur tamen & de eo, quod per oblationem cujuscunque instrumenti, sit ex quo nexu velit, utile, contra temeritatis notam; absque tamen absoluta securitate, qua effugiendam condemnationem in expensas.

§. VIII.

Stat sententia superior, quod nemo per exactorem cautionis sit ultra necessitatem vexandus. *Leg. ab ENGELBRECHT in Resp. Gryph. 149. n. 73. seq. qui, qua modo substratam, allegat MARTINI passum Ord. Jud. sax. Elez. & BERGERVM.* Quidquid sit, juris vere communis non est, & plurima redeunt ad arbitria; nec gratis in rubro expressimus vocem: *maxime.* Strykiana verba: *nec fidejussores, vel pignora habeat,* expectant commentarium; minimum tale subsidiarium in patria haud erit concipiendum.

§. IX.

Accedimus ad Analysin practicam: expediemus nos per quaestiones, juxta numeros.

I. Quanam sunt klare und richtige Beschreibungen?

Resp. ex jure communi & ex conceptu instrumenti garantigari. Ferias nobis fecit *Diff. Ackermanno - Mantzeliana, ex anno 1749, de processu executivo, praesertim Meckl. §. 1. 2. ubi definitiones legales ex Ord. Jud. Aul. P. 2. tit. 4. Ord. Cancell. P. 2. tit. 4. §. 4. v.* Wenn das Debitum daraus bekanntlich, scheinbar, liquidum, oder sonst richtig, helle, unläugbar, und mit des Beklagten Hand und Siegel bescheiniget wird. *Add. Reverfales, edict, de 1619. & privil. de non appellando.*

§. X.

II. Num debitoris & Hand & Siegel requiruntur simul?

Resp. ita videtur, juxta textum; sed non erit formula loquendi captanda. Agitur de contractibus; non de testamentis & cogitetur de cambiis, quae nunquam, si vere talia, ferunt vehuntque sigilla. Praestat interdum, in materia instrumen-

C

strumen-

frumentorum, nomini adscripta periodus: In Ermangelung eines, oder meines Pertschafts, meine eigene Hand. Haec periodus relevat saepe difficultates recognitionum, & eventualiter comparationis litterarum. Scribuntur interdum nomina alienis calamis & alieno atramento, imo fiunt tractus & characteres fere illegibiles. Unde nos solemus esse suasores, ut urgeat creditor, quod debitor in prima linea vacuo inferat non-holographo integrum nomen & appellativum & patronymicum. *Conf. Schoepferiana diss. de atramento, Boehmeriana, de scripturis illegibilibus & Ludwigianna, de nexu scripturae & subscriptoris.* Add. de comparatione litterarum, ex instituto & in ferie agentes, quibus omnino accendendus *RVLANT de Commiss. P. I. Lib. 4. Cap. 1. § & P. II. Lib. 5. p. 1. Add. tit. 30. P. 1. Der Meckl. Hof-Ver. Ordn. praescribens den Eyd derer Runsterfahrnen, ad quem tot, scripsit Dn. PRAESES diss. de consilio artificum, anno 1728.*

§. XI.

Tribus, est, uti diximus, tantum formula loquendi. Hand und Siegel. Posterius potest hoc loco abesse unde & qua analphabetos, quorum varii sunt gradus, si Notarius requisitus subscripserit, maxime in praesentia restium, & debitor signa quaedam, cruces, vel alia, ipsi in domesticis consuetura, manu propria expresserit, vel manum dirigi rogaverit, hat sich die Hand von dem documentirenden Notario (non alio) führen lassen, idem per omnia tenendum,

§. XII.

Vitia visibilia, vere talia, tantum obstant. Quenam autem sint illa, pater ex principiis generalibus. Lacerationes, cancellationes, rasurae, interlineae etc. veniunt in censum. Fuit aliquando, ut a Dn. Praefide accepi, inter labores Fac. Iurid. casus instrumenti, per vetustatem, in complicationibus quasi lacerati, qui interlocutorie decisus. Mortificationes, nisi prompte producantur, ex sola possibilitate nequeunt allegari, nec juvat reum exceptio praesumptae solutionis,

tionis, quippe quae altioris est indaginis. Compensatio afficeret totam causam principalem, & exceptio inde desumpta generaret acceptationem debiti confessi. Legantur, ad hunc §. data occasione practica, ENGELBRECHT *de instrumentis indiscretis*: STRVV. *de mortificatione* & alii, praesertim *ad tit. ff. de fide instr.* commentantes, una cum Cautelists, non praetermissis illustrantibus vitiorum visibilium conceptus, qui ad l. f. C. *de edict. D. Hadr. tollendo scribendo impenderunt operam.*

§. XIII.

III. An requiritur terminus ad recognoscendum?

Resp. Omnino, nec impedit, hanc affirmativam, renunciatio recognitionis, quia est de clausulis valde suspectis. Recte tenit LVDOV. l. c. §. 13. *aldieweil man ja, ehe die recognition geschehen, nicht weiß, ob die renuntiation, von dem Best. wahrhaftig geschehen, und mit dessen Willen dem Instrument einverleibet worden, oder nicht, in ipsis cambiis, vere talibus, non potest abesse recognitio* Vid. SIGELII *sürsichtiger Wechsel-Üstambiger cap. 4. §. 21.*

§. XIV.

IV. Quid si recognitio facta, cum clausula: salvis exceptionibus?

Resp. Nanciscitur depositio effectum legalem, nisi quaedam exceptio, in continenti, plane infirmaverit instrumentum. Adhibeatur, datis casibus, instructiva *diff. Rost. Schoepfero-Schwabiana, de diffensione instrumentorum, cap. 3. 4. BERGERI diff. de modis declinandi recognitionem & diffensionem instrum. item HARTLEBEN & WINCOP. Leg. tit. Ord. Meckl. qui est P. 2. 26. in Ord. Iud. Aul. von Brieflichen Urkunden.*

§. XV.

V. An idem tenendum, qua heredes & cessionarios?

Resp. affirmando. Num cessionarius in reconventionem obligetur ad respondendum? negatur merito. Vid. *selecta Iurid.*



Iurid. Rost. fasc. 6. Spec. 4. quæst. ult. additis tamen limitationibus de causa lucrativa & de mala fide, vel dolo.

§. XVI.

VI. An sufficit charta blanca, ein blanquet?

Respondet LVDOVICI, *loco mox citando* §. 29. remover ille, distinguendo casum extensi, ante subscriptionem instrumenti, & verae chartae blancae. Nolumus adesse decisioni factae, ne omnia chirographa, non holographa fiant chartae blancae soli nomini in charta, alias virgine, nihil tribuimus, si autem ita in extrema parte scriptum: Blanquet zur Obligation auf = = = suis fatis schedulam relinquimus, in nostro subtrato autem non applicamus textum. *Vid. SCHROETERI diff. spec. de charta blanca C. I. §. 8. C. III. & maxime Cap. V. de effectu chartae blancae. Leg. de LUDWIG. diff. de nexu scripturae & subscriptoris, Cap. V. §. 5. f. & ante.*

§. XVII.

VII. Qu. Utrum obstat exceptio non numeratae pecuniae?

Resp. ad regulam affirmative. Exceptiones sunt de tratitiis. *Vid. §. ult. hujus sect. add. diff. inaug. D. MARTIENSEN hic hab. anno 1747. de probatione exc. non num. pec.*

VIII. An obstat praescriptionis exceptio?

Resp. Affirm. ex solo annorum lapsu & replicae manent altioris indaginis.

Quod haec omnia sint accipienda, de chirographo ex mutuo, non de syngrapha quadam, vix est, (salvis §. 7. expressis) ut allegetur, quia de natura guarentigii jam fuit antea actum. *Add. LVDOVICI Proc. C. 10. cap. 3. p. t.* Nec tamen simpliciter instrumenta omnia, ex aliis causis debendi, novata praesertim, sunt excludenda. Capiatur exemplum, ex contractu emti-venditi & ponatur fundamentum, in einer agnoschten und unterschriebenen Rechnung.

§. XVIII.

§. XVIII.

IX. An cambium hoc loco pertinet ad klare Hand und Siegel?

Resp. aff. si verum est cambium non autem si abusivum, quod, sola tantum chartae quantitate, ab aliis differt chirographis. Hoc enim debet esse ultrabiennale, falvis exceptionibus, quas respicit §. 17. Ast dantur doctrinae juris cambialis, quae plane respuunt cautionem nostram. *Vid SIEGELS fürsichtiger Wechsel-Gläubiger, cap. 4. §. 4. it. not. h. v.* Der Gläubiger kan eine schriftliche Klage übergeben: auf diesem Fall aber ist dem Creditori (idem de indoffatario tenendum, *vid. ejusd. diss. de indoffatario reconveniend.*) nicht anzufinnen, daß er caution, wegen der Unkosten bestelle, weilen hiedurch der Wechsel-proceß verzögert, und dessen Endzweck nicht erreicht würde. Legantur reliqua. *Conf. Cap. 3. §. 17. add. LVDOV. Wechsel-Proceß, Cap. 10. §. 1. v.* in einigen Wechsel-Ordnungen werden dergleichen dilatorische exceptiones schlechterdings verworfen = = Es muß aber, *ita §. 2.* dieses nicht so schlechterdings angenommen werden. In terris & civitatibus, ubi deficit rigor cambialis, facilius esse poterit judex.

§. XIX.

IX. An actores, qui sunt extra provinciam, gaudent fruunturque hoc jure?

Resp. Ita videtur; sed judex, salva ramen regula, interdum aliter sentiat, quoties nempe ex Exceptionalibus, & L. C. eventuali talia palpat, quae nexum, si non plane destruuunt, ramen valde infirmant. Allegavit mihi e. gr. Dn. Praefes casum intra decennium, in Facultate tractatum, qui sane fuit singularis. G. D. Lusitanus, ex instrumento, alias distincte confecto & ultrabiennali pullabat actione heredes b. Dn. de L. ad insignem millium summam. Rei non plane poterant diffiteri manum Parentis. Concurrebant etiam circumstantiae historicae, de occasione, quae, in loco itinerum tertio, junxerat partes. Actor, ad oppositam exceptionem cautionis,

prompte provocaverat, ad nostrum textum; sed denegabatur, consulendo, ob conditionem ejusdem & probabilitatem, subesse vitium, applicatio. Causa per transactionem est composita.

§. XX.

Ferit haec observatio interdum etiam eos, qui sunt ex provincia. Novimus exempla, in quibus chirographis, ex geometria bonorum obstabat gravis probabilitas, qua causas debendi. Emergebat etiam cum die, qua alterum, ad clara, exceptio doli, weil es eine Spiel-Schuld: & qua alterum, apparebat, substratum fuisse proxeneticum, quod vocant einen Kuppel-Pels. Omnia habet arbitrans iudex, si verba textus: ohne beständige Ursache = solche rechtsflüchtige exceptionen, wenn es dieselbigen in der That befindet, nicht attendiren, sondern deren ungeachtet die Obligation loco cautionis hasten. Levetur, quantum fieri potest, a iudice velum.

§. XXI.

Coronidem imponimus, huic scriptiunculae, per quaestionem *X^{iam}*: Num, in processu arresti, arrestans, obligatus, ad cautionem praestandam, queat facere satis, si instrumentum offerat deponatque originale? Respondemus, in regula, affirmando. Textus concernens Meckl. habetur, in *Ord. Jud. Aul. Prov. P. 2. tit. 39. von arrest und Kummer*, (cujus posterioris vocis explicatio jacet in *Selectis Jurid. Ross. fasc. 2. p. 8.*) Damit aber Keimand darunter beschweret werden müge; so soll derjenige, der den arrest bittet, die Ursachen, des gesuchten Arrests, seiner supplication beständiglich und förmlich inseriren und sich zugleich zur caution anerbieten, und damit auf allen Fall gefaßt erscheinen und darauf des gebeten Arrests gewärtig seyn. Res ipsa loquitur. Supra allegatus HOLLAND *de arrestis cap. 3. § 6*, hanc quaestionem *illustrat*, allegando etiam STRYKII *diss. de periculo petentis, n. 27.* pergensque: und daß auch zur Erkennung eines Arrests, die possessio instrumenti sufficiens, vult Carpzov. *Theoria est impar.*

S A T I S.



CON-

CONSULTISSIMO
DOMINO
DOCTORANDO,
RIEHELMANNO,
FELICISSIMA PRECATVR,
PRAESES,

Absque gratulatione neququam, Te, VIR CONSULTISSIME! dimissurus, summatim enuncio, quod, praeter meos amicissimos Dominos Collegas aliosque Amicos docentes, per annos, testis cordatus sim, Tui ardoris, quem mihi, ut Auditor, in variis Collegiis, probasti. Pergo, quod neque in lectorio domestico, neque in Auditorio publico, disputatorios fugeris labores. Videatur, qua publica exercitia, *disp. de pactis conjugum successoriis, maxime secundum jura Rostochiensia, habita, anno 1753, Praeside Excell. Dn. D. & Prof. BALEKEN, ICto, in hac Academia celebratissimo, Fautore, Collega atque Affine meo intimo atque suavissimo. Praecessit alia, me Praeside, anno 1752 in Auditorio defensa, undecim continens decisiones, quaeque facit specimen 2, fasc. sexti, Selectorum Rostochiensium. Venisti, me Decano, ad examen & vere Virum Te probasti. Inclaruisti, per praxin, ab aliquot annis & tribus, ambis supremos in jure honores meritissime. Patria Tua communis & specialis habet in Te, pariter ac honoratissima familia ornamentum. Largiatur Tibi summus orbis moderator omnigenam felicitatem. Haec erat substantia meae Tibi dicendae epistola; quandoquidem autem solebam, pro paginarum ratione, aliquid thematis vel edisserendi vel leviter tractandi, mihi sumere, optimam haberem occasionem Tuae dissertationi adjiacendi teruncium, si examinarem; An vera scripserit B. HEINECCIUS, in *Iur. Germ. Elem. Lib. III. §. 178*, qua verba; cautio, pro reconventionem & expensis, Romanis ignota. Verum, non capit epistola ea, quae merentur integram dissertationem. Inspiciatur *l. 14. C. de Sent. & interloc. & maxime auth. Et consequenter*, quae sequitur legem. *Vid. BRVNEM, ad illos textus. Evolvi autorem amplissimum, Bernh. URSINVM nempe, qua Tract. specialem elegantem, de Reconventionibus, qui, Cap. I, n. 5. f. post remotum, cum Melanchto-**



lanctone & nostro Chytrzo, dubium, ex Matth. V. v. 40, ita absol-
 vit: Unde hanc reconventionis materiam favorabilem & juri naturali con-
 sentaneam dicit Panorm. idemque Socinus in C. 1. per tex. illum in verb. de
 mut. petit. Dissuerat ante per jura communia, pro sententia ajente.
 Add. LVDOVICI Civ. Proc. cap. 40. ubi toties legitur: Nach denen ge-
 meinen Rechten. Legantur & coeteri Processista, MARTINI all. a LV-
 DOV. & alii. B. HELVIGIUS, in diss. de reconventione, citata in hac
 disp. nullum sibi desuper fecit dubium; potius explicavit, quid sit mu-
 tua petitio in jure civili & Can. quod habet specialem, in Decretalibus,
 de mutuis petitionibus, titulum. VLPPIANVS in l. II. §. I. de jurisd.
 exprimit mutuam actionem. Sed fieret amphora, nisi delisterem & aliis
 relinquerem. Pagella hæc epistolica est insensibiliter, per præteritionem
 absoluta. Nisi hoc foret, vellem ex Jure Germ. & patrio-Meckl. qua-
 dam differere de cautionibus, maxime verbalia & etymologica, mihi
 semper dulcissima & instar gaudiorum, interdum curis interpositarum.
 Vocatur germanice cautio der Vorstand; transeat, cum coeteris vocabulis,
 extra connexionem, haud intelligibilibus. In antiquis nostris chartis
 vocatur Seferheit, quæ vox, ut multæ aliæ, e. gr. Auerghove, ar-
 guit, linguam Saxoniam inferiorem, soepe proximius accedere Latinae,
 quam superiorem; quis enim ambigit securitatis vocabulum, cum Se-
 ferheit esse convenientissimum; cautio autem est securitatis præfatio.
 Habent linguæ suæ quasi mysteria, quæ scrutari est utile, etiam in verita-
 tibus sacris, atque dulce. Verum, unus homo non sufficit: Societates
 autem litterariæ nondum sunt nostri climatis. Vox Gewähr, quæ passim
 tur in gvardia, gvaranda & gvarantia item in gvarantigio, præbet ex-
 plicationes, attentis literis unius instrumenti, Gv, & voces Berg & Burg,
 unde sich bergen, Bürger & Bürge & rel. veniunt in censum. Vid. Alii &
 add. biblicum illud: Flichtet auf die Berge. BOEHMER, de Servotio-
 cio, vom Berge Lohn, C. 2. §. 1. vult pariter legi. Viderur securi esse
 synonymum: tutus; sed differunt. Tutus, vel antiquius; tuitus, unde
 tutor s. tuitor, a verbo: tueri, beschirmen, schützen, descendit & quantum est
 acumen, in germanico Schuß, quod convenit cum Hort, nostris Horst,
 item Wied, vicus, eine Retirade: Ludewig denotat refugium hominum.
 Hartwig possit significare munimentum forte; sed constat, innuere ein
 Herkens-Kind, quoniam ein Wicht, Wichtken veteribus & interdum ad-
 huc nostris, ein Kind. Satis! modo allegaverim vocem Hut, unde We-
 hutsamkeit & behutsam cum contrariis. Eine Hude, grex, ein Hude, qua
 pisces, sunt de affinis. Da veniam, VIR CONSULTISSIME!
 quod Tuis sumtibus Tibi digressionibus meis gratuler. Novi Te, nosti
 me. Repeto superiora & divinam Tibi apprecor tutelam. Cape Tibi
 mecum symbolum biblicum; Der Name des HErrn ist ein festes Schloß:
 (arx quæ arceat) Der Gerechte läuft dahin, und wird beschirmt. Vale &
 me diu supervivens, memoriæ Tux excidere non patiaris. Cura, ut
 mox iterum Tibi queam gratulari, Dab. inter tot alia, die 19. Junii
 MDCCLX.




Rostock, Diss., 1759-76

X 228 42 89







23
7468

Pa. 10. num. 29.

13

DISSERTATIO IVRIDICA INAUGVRALIS,
DE
INSTRUMENTO ORIGINALI,
LOCO CAUTIONIS, MAXIME
DE
IVRE MECKLENBURGICO,
DEPONENDO:

1760/6.

QVAM,
DEO T. O. M. CLEMENTISSIME
ADSPIRANTE,
EX DECRETO AMPLISSIMI ICTORVM ORDINIS,
IN ACADEMIA PATRIA,
PRAESIDE,
DN. D. ERN. IO. FRIED. Mantzeln,
SEREN. DVC. REGN. CONSIL. ET PAND. PROF. ORD. FACVLT.
IVR. SEN. ET AD H. A. DECANO,
STVDIORVM SVORVM PROMOTORE HVMANISSIMO,
PRO LICENTIA,
SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES RITE
CAPESSENDI,
H. L. Q. C.
ANNO MDCCLX. D. XXVI. IVNII,
DEFENDET,
IOANNES RIECHELMANN,
ROSTOCH.

ROSTOCHII,

TYPIS IOANNIS IACOBI ADLERI, SEREN. DVC. AVL. ET ACAD.
TYPOGRAPHI.

